nunciauit canis. quis in somnis matri Sancti Dominici nativitatem aperuit? aperuit canis, apparuit enim ardentem dentibus gestans faeem, non lethiferam illam quam Hecuba conspexerat, quae Iliam combustura erat, sed talem qua lucifero caelesti non dissimilis erat, hic rubicundam diei auroram pronunciat, illa clarissimum Romanae Ecclesiae lumen praedicat, hic solem universum orbem illustrantem antecedit, illa viri Dei mirabiles doctrinas quae homines opacis peccatorum tenebris involutos et in profundo vitiorum mari demersos illuminarent et ad portum caelestis et aeterna gloriae vt lampades olim in turri Pharo accensa dirigerent, arcebat. sed multa de ingenii eius dexteritate et excellenti docilitate Auditores, fortitudinem id oculis vestris breuiter subiiciam; quoniam elegans illud Pythagorae oracuio dictum, ne multis verbis pauca comprehendas sed paucis multa.

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 231r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/231r)